



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

LXXXIX. Ordini Fratrum Prædicatorum confirmatur facultas celebrandi  
Professiones Sanctissimi Corporis Christi, & Rosarii B. Mariæ Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

rem sub Anno Piscatoris die 10. Aprilis 1733.  
Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Cardinalis Oliverius.

LXXXIX.

Ordini Fratrum Prædicatorum confirmatur facultas celebrandi Processiones Sanctissimi Corporis Christi, & Rosarii Beatae Mariae Virginis cum confirmatione Brevis Clementis VIII. & Benedicti XIII. quod declaratur.

Constitutiones hic laudatas lege suo loco.

Dat. die ea-  
dem.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Cause eden-  
de hujusce  
declaratio-  
nis.

**S. 1.** Cum, sicut accepimus, eti ex ipso tempore Constitutionis nostra, tertio Kalendas Aprilis Anno Incarnationis Dominicæ 1732., que incipit Romanus Pontifex &c promulgatæ, perspicue luculentque appareat, per moderationem a Nobis inibi adhibitam nonnisi ad terminos juris redactam fuisse inter alia Constitutionem fel. rec. Benedicti PP. XIII. Prædecessoris Nostri, cuius initium est *Pretiosus &c.* Anno ejusdem Incarnationis Dominicæ 1727. Septimo Kalendas Junii emanata, ejusque declarationes, ac privilegia illa, gratias, favores, indulta, exemptiones, facultates, & declarations, qua ibidem Ordini Fratrum Prædicatorum de novo concessa fuerunt; nihilominus aliqui Constitutionem nostram sinistre, ac secus, quam par est, interpretantes, pleraque lites & controversias Fratribus prædictis moverint in diversis locis ac tribunalibus, per quas privilegia & prærogativas, quibus iidem Fratres, priuquam ipsa Constitutione Benedicti Prædecessoris emanaret, ex aliis legitimis titulis & concessionibus Apostolicis potiebantur, aggredi & oppugnare adiutuntur: dictusque Ordo præcipue vexerit occasione celebrationis duarum Processionum, publicarumque supplicationum, Sanctissimi nempe Eucharistia Sacramenti, ac Rosarii Beatae Mariae Virginis, tamen illam Sanctissimi Eucharistia Sacramenti die Dominicæ infra octavam Corporis Christi a re. mem. Pio V. & Clemente VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris juxta ejusdem Clementis Prædecessoris die 8. Martii 1597. alteram vero Rosarii Beatae Mariae Virginis Dominicæ prima Octobris ab ipso Benedicto Prædecessore per suas die 10. Aprilis 1725. in simili forma Brevis respective expeditas literas; necnon declarationem die 18. Julii 1726. defuper editam, quotannis peragendi facultas eidem Ordini dñe induita fuerit; adeoque ante memorata Benedicti Prædecessoris Constitutionem, in qua ejusque declarationibus Ordini prædicto nihil amplius circa duas Processiones præfatas tribuitur, quam quod jam ante per eosdem Piam, Clementem, & Benedictum Prædecessores attributum fuerat; Et quia mens & intentio nostra non est, nec unquam fuit, gratias, indultis, exemptionibus, & privilegiis, dicto Ordini Fratrum Prædicatorum ante enarratam Benedicti Prædecessoris Constitutionem concessis, præsertim respectu duarum Processionum hujusmodi, aliquod vel minimum generare præjudicium; Hinc est, quod Nos lites & controversias præfatas e medio tollere, earumque occasionem, & quodvis aliud in præmissis impedimentum submovere cipientes: necnon Ordinem & Fratres prædictos specialibus favoribus & gratis

prosequi volentes, ipsorumque Fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censemtes, supradictas Clementis, & Benedicti Prædecessorum literas, editamque ab eodem Benedicto Prædecessore declarationem quoad duas Processiones, publicave supplications præfatas cum omnibus & singulis in eisdem literis & declaratione dispositis & contentis, auctoritate Apostolica harum serie approbamus, confirmamus, & innovamus; illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac illa deinceps exacte observari, atque executioni demandari, eadem auctoritate tenore præsentium præcipimus & mandamus.

**S. 2.** Decernentes, præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac Ordini & Fratribus prædictis, aliisque, ad quos spectat & pro tempore spectabili, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; sive in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, Sedisque Apostolicae Nuncios, aliove quoslibet quacumque præminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 3.** Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus & singulis, que in Clementis, & Benedicti Prædecessorum literis & declaratione præfatis concessa sunt non obstat, ceteris contraria quibuscumque.

**S. 4.** Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscripsi, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio quam extra illud habeatur, que ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris die 10. Aprilis 1733. Pontificatus Nostri Anno Tertio,

F. Card. Oliverius.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis anno 1667. celebrati ab Ordine Fratrum Sancti Francisci Capuccinorum circa residentiam Definitorum Generalium in Urbe.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad perpetuam rei memoriam.

XC.

Dat. die 5.  
Maii 1733.  
Pont. An. III.

Exordium.

Apostolis offici, quod authore Domino gerimus, solicitude Nos admonet, ut Christianum, qui e fluctibus saeculi in artioris Religionis portum configerunt, salubri regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, proficere jugiter studeamus.

**S. 1.** Dudum

Præfata con-  
cessione con-  
firmatur.

Claufula.

Fides Tran-  
sumptorum.